



TETRACTÝ PYTHA- GORÉA.

Tam esse scientiæ de Nu-
meris indolem, ut quò plures in universa
hominum Oeconomia præstat commodita-
tes, eò majoribus etiam difficultatibus im-
plicita sit, à multis iam retro seculis com-
pertum est. Neque verò aliquam multi
defuerunt, qui ut molestias illas in negotio tam utili & neces-
sario resecarent, variis hinc inde excogitatis compendiis
oleum & operam impenderunt, hoc maximè elogio notati,
quod omnes, diverso quamvis modo & eventu, egregium
publicum suâ quoque operâ juvare intenderint. Inter
omnes tamen, qui difficultatibus istis numerandi, queis si
non absterriti homines, detenti tamen sæpius sunt, ne vete-
ruim more philosopharentur, certis compendiis obviam ixe-
runt, nemo feliciori auspicio rem aggressus est, quām cele-
berrimus noster ERHARDUS WEIGELIUS. Hic enim postquam
auctor nobis fuisset, ut pro studiorum nostrorum incremento
in SOCIETATEM antiquitatis veneratione dictam, PYTHAGO-
REAM coiremus, & de Methodo evitandi anfractus plurimos,
quos in solidiori præcipue Philosophia tantum non quotidiè
of-